In Christi nomine Amen. etc. Michael Fruosini Rector Hospitalis S. Mariae Novae de Florentia arbiter, et arbitrator, et amicus comunis electus et constitutus a D. Ioanne de Spinellinis canonico, et uno ex canonicis Ecclesiae S. Laurentii de Florentia sindaco, et procuratore, et sindicario, et procuratorio nomine Prioriae, et canonicorum et Capituli Ecclesie S. Laurentii de Florentia ex parte una et ser Rainaldo Filippi, Vierio Andreae, Alexandro Michaelis Ghini, Andreae Reinaldi, Filippi, et... omnibus de Rondinellis, et de familia de Rondinellis ex parte, ut de compromisso in nobis facto a partibus supradictis constare vidimus publico documento manu ser Francisci ser Franc. Masi Not. Publ. viso igitur Compromisso pred., et alia...potestate nobis ideo a dictis partibus concessa et adtributa, et visa certificatione de dicto compromisso facta per Ghinum Michaelis Ghini de Rondinellis etc. Et auditis, intellectis, et examiuatis litibus, quaestionibus, differentiis dictarum partium, et quidquid dictae partes dictis modis, et nominibus coram nobis dicere et allegare, respondere, et obbicare voluerunt volentes dictas eorum lites dirimere, et ipsas partes ad concordiam reducere sedentes pro Tribunali in infrascripto loco voluntatem ipsarum partium sequentes, et sequi volentes his scriptis inter dictas partes dictis modis, et nominibus laudamus, pronuntiamus, et arbitramur in hunc modum, videlicet:

In primis quidem cognito, et reperto litem, quaestiones, et differentias fuisse, et esse inter partes predictas dictis modis, et nominibus occasione cujusdam Cappellae constructae factae, et edificatae, et creatae in Ecclesia S. Laurentii de Florentia sub nomine B. Andreae Apostoli per dictorum de Familia de Rondinellis, quae vulgariter dicitur, et nominatur la Cappella de' Rondinelli ex eo quod destrui debeat pro uno edificio fiendo in dicta Ecclesia, as hoc, ut iter dictae Ecclesiae sit latus, liberum, et apertum, quae destructio egre subportatur per dictos de Rondinellis. Et cognoscentes quod commendabile, et honorificum est Deo et dictae Ecclesiae, et Capitulo, quod dicta destructio dictae Cappellae fiat, ad hoc, ut dictum iter dictae Ecclesiae sit honorabilius, volentes quod non obstante damno suportando in et circa dictam destructionem praedictorum de Rondinellis dicta destructio fiat, et ex adverso providere indepnitati, et honori dictorum de Rondinellis quantum in nobis est et etiam conservare indemnem Capitulum ante dictum praesente nostro Laudo, et arbitramento laudamus, pronuntiamus, et arbitramur, quod unum Podere positum in Populo S. Chirici de Marignolla Communis Florentini cam.... Item una domus posita Florentiae in Populo S. Laurentii de Florentia loco detto al canto della Macine, cui a primo via a.... quae sunt dictae Cappellae, et ad dictam Cappellam S. Andreae pertinent, et expectant pleno jure et omnia alia bona mobilia, et immobilia pertinentia ad dictam Cappellam vendantur, et vendi debeant, et possint per praedictos de Rondinellis, cui, et quibus maluerint pro majori pretio vendi poterint, dummodo tamen et cum hac conditione, videlicet, quod pretium ex inde percipiendum pro et de dictis bonis sic vendendis deponatur, et deponi possit, et debeat penes idoneam personam, prout et de

qua erunt in concordia Capitulum praedictum, Andreas Verj et Andreas Rinaldi de Rondinellis, et non aliter, vel alio modo, quod pretium, et seu quae pretia sic percipienda, et deponenda expendi possint, et debeant in construendo, et construi faciendo loco dicte Cappelle sic destruendae aliam Cappellam in dicta Ecclesia, et in illo loco dictae Ecclesiae, de quo sunt in concordia dict. Capit. et de familia de Rondinellis, videlicet penes Cappellam majorem dictae Ecclesiae noviter erigendae ex latere ex quo est dicta Cappella S. Andreae ad praesens existens in dicta Ecclesia. Et in aliis minime converti, vel distribui possit ullo modo declarantes, arbitantes, et laudantes ad cautelam, quod Cappella de Rondinellis praedicta sive noviter erigenda possit regere, et se sustentare super murum Cappellae majoris dictae Ecclesiae absque aliqua contradictione fienda per dictum Capitulum dictae Ecclesiae. Item considerantes quod dicta Cappella S. Andreae de Rondinellis sic erigenda, et construenda, ut supra dictum est, remanebit absque aliquo reddito percipiendo per Cappellanum dictae Cappellae volentes providere indemnitati dicti Capituli quantum in nobis est, et etiam dare modum quod praedicti de Rondinellis habeant dictam Cappellam reammissam laudamus, pronuntiamus arbitramur, quod donec et quousque dicta Cappella noviter erigenda, et construenda stabit absque reddito occasione praedicta tempore vacationis eligatur, et deputetur...Cappellanus in dicta Cappella modo infrascripto, videlicet, quod Prior, canonici et Capitulum dictae Ecclesiae quandocumque contigerit dictam Cappellam vacare eligant, et eligere debeant tres in Sacerdotio constitutos, idoneos, habiles, et capaces dictae Cappellae et honestae, ac laudabilis vitae, et famae, quorum tamen sic electorum dicti de Familia de Rondinellis accipiant, et seu eligant unum ex ipsis tribus, quem maluerint, et ipse talis sic acceptatus, et electus per eos remaneat, et remanere debeat Cappellanus perpetuus dictae Cappellae; et per dictum Capitulum debeat recipi, et admitti in Cappellanum, et pro Cappellano praedicto et per dictum Cappellanum, et per dictum Capitulum debeat provideri, quod ibidem officiare possit declarantes ad cautelam, quod unus Cappellanus tantum, et non duo sint, et remaneant in dictis Cappellis....stantibus praedictis, et infrascriptis. Item in casu quo temporibus futuris adiderit quod dicti de Familia de Rondinellis, vel aliquis eorum aliquam donationem, vel redotationem fecerit dictae Cappellae de aliquibus bonis, ex quibus Cappellanus dictae Cappellae ex reddito annuali perciperet tantum quod Cappellanus dictae Cappellae posset commode vivere ad arbitrium boni, et discreti viri, et a dicto tempore sic facerent in antea dicti de Familia de Rondinellis possint, et debeant eligere unum Cappellanum dictae Cappellae tempore vacationis unum in Sacerdotio constitutum idoneum habilem, et capacem ad dictam Cappellam tenendam, et gubernandam bonae vitae, et laudabilis famae prout eis videbitur, et placebit. Quem Cappellanum Prior, Capitulum praedictum confirmare possint, et debeant prout hactenus sunt consueti. Item considerantes, quod praedicta Cappella de Rondinellis noviter erigenda, ut dictum est, posset accidere, quod domus aliqua emi deberet, volentes providere indemnitati dictis de Rondinellis, et voluntatem dictarum partium sequentes condemnamus dictum Capitulum ad conservandos dictos de Familia de Rondinellis indemnes et penitus sine damno ab omni, et toto eo, quod expendi contingeret occasione supradicta; vel hactenus expensum fuisset occasione praedictorum. Item cum inveniamus quod dictum Capitulum S. Laurentii tam per ea, quae supradicta sunt, quam per ea quae a dictis partibus audivimus promisit dictis de familia de Rondinellis facere, et curare ita et taliter, quod Cappella... sic noviter erigenda in loco, ubi supradictum est consignaretur eis per Operarios dictae Ecclesiae volentes quod dictis de Rondinellis promissa dicta conserventur omni modo.... condepnamus dictum Capitulum ad faciendum et cnuendum ita et taliter quod dictum locum pro fieri faciendo Cappella predicta consignetur ipsis de familia de Rondinellis firmis tamen stantibus omnibus dictis, ita tamen quod predicti de Rondinellis solvere teneantur, et debeant Camerario Operariorum dicte Ecclesie medietatem ejus quod expendet dictus Camerarius in fieri faciendo murum fundamenti facti inter Cappellam predictam fiendam per dictos de Rondinellis et Cappellam fiendam per Albizum de Fortuna in dicta Ecclesia. Latum anno ab Incarnatione Domini millesimo quadringentesimo vigesimotertio Ind. I. die vigesima prima mensis Iulii ipso Michaelae ad cautelam pro tribunali sedente Florentie

in domo Hospitalis S. Marie Nove de Florentia presentibus Reinaldo Philippi de Rondinellis, et Dom. Benedicto Priore dicte Ecclesie, et presentibus testibus etc.

INTERPOLATED DOCUMENT 1423e

1423 **September (this date is referred to in a document of 23 May 1433). The church prior, Matteo Schiattesi, is authorized to allocate patronage to the transept chapel next to the northern side door of the nave (SP 60—SP 63).** [Transcribed in: Elam, 1992, p. 167.]

Discussion (a): The assignment of the Rondinelli Chapel in July 1423 (Doc. 1423d) left the future Cappella Luca di Marco as the last unassigned chapel in the transept. The present document perhaps reflects an attempt on the part of the church to find this last patron in order to avoid construction delay. Nevertheless, the chapel would not be assigned until May 1433 (see Doc. 1433a). Elam writes:

“The prior had already in September 1423 been given authority to allocate this chapel, described as ‘next to the campanile of the said church and next to the chapel to be made by the heirs of Zanobi di ser Gino’.” [See Elam notes: could mean “next to the nave”]

Discussion (b): This document indicates that construction of the Cappella Ginori (the double chapel at the north end of the transept) had not yet begun.

DOCUMENT 1423f

1423 **May 18.** The prior and chapter allocate to Ser Giovanni Bonaiuti a place “pro porta sive ianua que dicitur la porta della via della stufa usque ad tabernaculum nostre donne quod dicitur factum per magnificam potentiam florentinam excepto chiusuro sepulture illorum della stufa.” (in front of the door or opening which is called the door of the via della Stufa up to the tabernacle of Our Lady which [i.e. tabernacle] is said to have been made by the Florentine government, excepting the lid of the burial place of the della Stufa). Bonaiuti can construct an altar with a tabula and predella and a scaglione of wood. He must not break the wall of the church unless the prior and chapter make a new decision. The condition is

‘quod si quantum aliquo tempore contigeret quod cappelle crescerent et fierent per modum quod in dicto loco foret necesse fieri cappella ad similitudinem aliarum quae ibidem fierent pro ornamento et augmentatione dicte ecclesie’ (that if at any time it should happen that the chapels should grow in number and it should become the case that in the said place it would be necessary that a chapel should be made similar to the others that were being made there for the ornament and enlargement of the said church) – then Buonaiuti and his heirs should be required to build such a chapel and if they fail to do so within one year or more as the canons see fit, the prior and canons can allocate a more convenient place in the church for this altar.]

Discussion: inserted directly from Elam e-mail; needs to be edited. See also Moreni, vol. 2 [evidently Vol. 1], 119-120.

DOCUMENT 1424a

- 1424 July 3. Codicil of Albizzo di Toso da Fortuna, allocating 500 florins for the construction of a chapel dedicated to S. Paolo, to be completed within five years.** [ASF *Pupilli avanti il Principato*, 41, c.137v, from Pacciani, 1994, p. 95, Doc. 16; See discussion in Elam, 1992, p. 166, n. 39.]

...Actum Florentia in domo infrascripti Albizi presentibus domino Benedetto Mattei Schiattensibus priore Sancti Laurentii de Florentia, ser Luca Lapucci presbitero dicte ecclesie Sancti Laurentii, Francischo Angeli de Civitatis Castelli chericho in dicta ecclesia Sancti Laurentii [...] Itme voluit disposuit et ordinavit dictus Albizus pro remedio anime sue et suorum mortuorum quod quedam cappella eiusdem Albizi posita in ecclesia Sancti Laurentii iam incepta hedificari compleatur et eidem cappella detur perfectum opus et finis contructionis cum altare et ornamentis et aliis necessariis et opportunis ad celebrandum et itaque possit celebrari divinum offitium. Et propterea voluit idem Albizus expendi de bonis suis per eius filios et heredes florenos quingentos auri (...) infra quinque annos proxime futuros a die obitus dicte Albizi codicillatoris predicti, expendendo quolibet anno dictorum quinque annorum florenos centum auri et non ultra quoquo modo in hedificatione constructione et ornamentis necessariis et opportunis dicte cappelle (...) et disposuit quod dicta cappella (...) appelletur et nimirum la cappella di San Pagolo....

DOCUMENT 1424b

- 1424 September 15. Record of the election of *operai* of San Lorenzo noting that construction of the church continues.** [*Codice 53 (già M. 1211) della Serie II delle Carte Stroziane del R. Archivio di Stato Firenze*, p. 87, from Ginori Conti, 1940, p. 47, n. 1, and p. 58].

...electi in operarios nove constructionis que fit continue....

INTERPOLATED DOCUMENT 1425a

- (1425) No month cited. Excerpt from a church resolution of November 20, 1440 noting that construction work on the new basilica of San Lorenzo had been suspended approximately fifteen years earlier due to the financial pressures of war taxation.** [See Doc. 1440c.]

...et cum hoc sit, quod jam sint anni quindecim, vel circa, quod in dicta majori cappella non fuerit aliquid edificatum, sed sit, et fuerit talis cappella, et tale opus propter necessitatem pecunie penitus derelictum; et cum ex predictis, non solum edificio dicte majoris cappelle, ut dictum est, incepte, verum etiam dicte sacrestie et cappelle celeberrime jam fere perfecte per famosissimum virum Joannem Adovardi de Medicis, et Cosmam, et Laurentium eiusdem Ioannis prestantissimos filios, et aliis cappellis jam inceptis, et non perfectis per particulares cives, et populares ecclesie dicti S. Laurentii ex ultraque parte dicte majoris cappelle detrimentum, imperfectio, et retardatio sequatur, et resultet in vilipendium, et ignominiam totius dicti populi...

INTERPOLATED DOCUMENT 1425b

- (1425) August 16. Description of a ground breaking ceremony at San Lorenzo, purportedly held in 1425.** [F. L. Del Migliore, *Firenze: città nobilissima illustrata*, Florence, 1684 (no page number provided); as quoted in Cianfogni, 1804, pp. 197–198.]

Discussion: According to this account, the ceremony is attended by all the Florentine

nobility, and is conducted by Archbishop Amerigo Corsini. As part of the ceremony, Corsini drops gold and silver medallions into the foundation hole. The lavish event nearly triggers a class riot. In light of more reliable evidence that another foundation ceremony took place in 1421 (Doc. 1421a), however, that construction was suspended in 1425 (Doc. 1425a), and the questionable nature of Del Migliore's account of a fire in the old basilica of San Lorenzo in 1423 (Doc. 1423a), the reliability of this account cannot be determined. (On class relations in *quattrocento* Florence, see: Molho, 1979, pp. 9–18.)

Nel venirsi all'atto del buttarne il primo fondamento, accadde cosa da non doversi tralasciare a questo proposito, ridettaci da chi si trovò presente; ed è, che il popolo istigato, e messo sù, come si credette da alcuni principali di quella Parrocchia, più per invidia contro a chi col danaro alla mano si metteva ad un' impresa così onorata, e di nome; che per difesa di veder conservate le memorie venerabili, e così grate alla Città, come era quella, minacciò di muoversi armato, ogni volta che si fosse veduto muover di lì pure un sasso; di sorte che convenne reprimere l'ardire di chi in quel tempo di Repubblica ardiva superbo di alzare la testa, senza rispetto a quel che s'era decretato dalla Signoria nel 1425 severissimamente imponendo silenzio a qualunque persona di grado, e molto più in muoversi contro a quell' atto, a cui i trasgressori sottoponevansi a pena della testa. Si venne dunque a farne la funzione solenne in quell' anno; alla quale, come era solito nelle cose grandi, fù presente tutto quel Senato, la Nobiltà, e i principali dello Stato, coll' Arcivescovo Amerigo Corsini, che servato l'ordine delle ceremonie, calò giù ne fondamenti alcune medaglie d'oro, e d'argento, improntate con che figure, e lettere, non lo dice chi ne trasmesse la notizia. Questo seguì ne 16. d' Agosto: e si nota, che la mattina precedente fattavi per bando convocazione di tutto il Popolo, fè ordinato stessero assistenti in sulla piazza di S. Lorenzo i sedici Gonfalonieri delle Compagnie, armati sotto i loro pennonieri, acciò si togliesse il sospetto, che ebbero i Padri, non vi si rinvigorissero con tumulto, e sollevazione le gare non spente, ne piegate alla volontà unitasi con molti in quell' atto.

DOCUMENT 1426a

1426 **January 12 (new style). A contract is written in the Old Sacristy.** [ACSL 2303, c. 57, from Saalman, 1993, p. 112, n. 21.]

Discussion: That a meeting was held inside the sacristy suggests that the overall structure of the building had been largely completed, and that work on Donatello's stucco roundels—probably a messy operation that would have rendered the sacristy unfit for meetings—had either already been completed or not yet begun. [Was there still a sacristy in the old basilica?]

...nella sagrestia di santo lorenzo.

DOCUMENT 1427a

1427 **No month cited. Tax report of master mason Filippo di Giovanni reporting that he is at work with other masons, in the employ of Giovanni de' Medici, at the church of San Lorenzo.** [Sources as noted.]

Discussion: The report evidently refers to work on the Old Sacristy and the adjacent double chapel, which were the portions funded by Giovanni de' Medici, and the only portions that continued to rise after the general work stoppage of 1425 (see Doc. 1425a).

“Filippo di Giovanni reports that he is at work with ‘altri maestri suoi chonpagnj’ at the ‘muramento di giovanni de medicj in san Lorenzo.’” [ASF, *Catasto 78 (1427)*, c. 318, quoted with commentary from Saalman, 1993, p. 112]

“...Filippo di Giovanni, who worked on the dome of S. Maria del Fiore...in his portata al catasto, or tax return, or 1427 he declared that he had an income of 70 gold florins, to be divided with other men, working ‘al muramento di Giovanni de Medici in san Lorenzo che s’abattono’...” [quoted with commentary from Battisti, 1981, p. 352 n. 1.]

DOCUMENT 1427b

1427 No month cited. Tax report of Lorenzo d'Andrea di Messer Ugo della Stufa noting that he and his brother Giovanni Loteringo began construction of a chapel in San Lorenzo "before the war began." [ASF, *Catasto 50*, c. 165v; from Saalman, 1993, p. 441, Doc. 22.]

Discussion: Since construction on most of the basilica was suspended in 1425 due to the pressures of war taxation (see Doc. 1425a), we may assume that the chapel was begun before that date. The names of the original patron or patrons of this chapel appear in several different forms in the literature. In addition to those cited above, whom Saalman notes were brothers, Moreni names only a single original patron: Andrea di Lotteringo di Ugo della Stufa (Moreni, 1806, I, p. 97). A *sepoltuario* of 1463 (quoted in Elam, 1979, p. 185, Doc. G) similarly names a single patron: *andrea di lotteringho di m.ugho della stufa* (see Doc. 1463a). According to Elam, the chapel “was a consorterial chapel undertaken primarily by Giovanni di Lorenzo and Lotteringo di Andrea di Ugo della Stufa” (Elam, 1992, p. 165, n. 36).

Incarichj

Abiamo tolto affare l^a chapella Giovanni Loteringo et io et cominciamola inanzi la guerra chomincassi in salorenzo che chostera da fl. 600 et tochamene il terzo / e ora a murare sene spendera di fl. 300 tocchami il terzo

fl. –

DOCUMENT 1427c

1427 No month cited. Excerpts of two tax reports, one of Aldobrandino di Giorgio Aldobrandini, the other of Taddeo di Filippo Taddei, which note that construction of the *Cappella degli Operai* was underway. [From Elam, 1992, p. 167, n. 44, sources as noted.]

Discussion: These two documentary excerpts provide partial confirmation of the joint ownership of the *Cappella degli operai* by three families—the Martelli, Aldobrandini, and Taddei—as noted in a *sepoltuario* of 1463 (Doc. 1463a). The second excerpt contains the earliest known reference to this chapel by this name (see Doc. 1422c, discussion).

“190 florins to be spent ‘de quali danari ne fo murare una chapella nella chiesa di S. Lorenzo la quale si mura tutavia e nella detta chapella si spende tutta la detta quantità et molto più saranno’” (tax report of Aldobrandino di Giorgio Aldobrandini from: *ASF Catasto 48*, fo. 16v).

la chapella di santo lorenzo di firenze che ssi mura per gli operai resta avere damme— fl.185 (tax report of Taddeo di Filippo Taddei from: *Catasto 51*, fo. 1286r, *incarichi*)

DOCUMENT 1427d

1427 No month cited. Tax reports of the da Fortuna family noting that the family chapel is not yet finished. [Saalman, 1993, p. 437, Docs. 2.1 and 2.2, sources as noted.]

Discussion: The following excerpts from two tax reports of 1427 are reproduced here

verbatim, including all notes and numbers, from Saalman (above). The first document refers to an endowment for the chapel “when it is completed” (*quando sia compiuta*). The second refers to an endowment to take effect “when a chapel in San Lorenzo is done” (*quando fu fatta una capella in san lorenzo*). Brackets below, except the first set, are Saalman’s. Italics are mine.

“1427 [...] tax reports of Toso di Albizzo di Toso (aged 30) and Bartolomeo (aged 5 1/2) and Girolamo (aged 4) di Lotto di Albizzo di Toso da Fortuna

1 Toso, 1427: *per ufficiare la chapella in san lorenzo quando sia compiuta lanno fl. xxx chelli tochera il 1/4 fl. 7 1/1 i quali saranno a dare a uno prete che luficj.*

[Chapel held by Toso in common with his nephews Bartolomeo and Girolamo and Giovanni and Francesco di Albizzo, his brothers
(ASF, Catasto 78, c. 72)]
(ASF, Catasto 78, c. 491v)

2 Bartolomeo and Girolamo, 1427: *Ancora abbiamo di gravezza orgnano per sempre il 1/4 di fl. 30 denari E questo debbe cominciare quando fu fatta una cappella in san lorenzo dove ancora vabiamo a spendere in circha di fl. 400 darnari tochera a noi fl. 100 d. I detti fl. 30 anno aesser per 1° cappellano per ufficiare detta cappella... fl. 7 1/1 anaessere ognanno.*
(ASF, Catasto 48, c. 326v)”

DOCUMENT 1427e

1427 **November 27. Record of the appointment of syndics in the gonfalone del Leon d’Oro for the purpose of collecting back taxes, to be used to defray construction costs of the high altar chapel.** [ASFi., *Notarile anticosimiano*, M 546 (1427–46), ff. 7 r-v, November 27, 1427, from Molho, 1979, p. 27, n. 52.]

Discussion: This document may reflect an attempt to re-start construction of the church after it stalled in about 1425 due to the pressures of war taxation (see Doc. 1425a).

Residuo vero dictarum pecuniarum exigendarum ut supra per dictos syndicos et seu que ad eorum manibus pervenient in futuro, factis primo solutiones suprascriptis et restitutiones ut supra dictum est et non prius possint et debeant dicti syndici et operarii expendere et expendi facere in muramento et constructione maioris cappelle dicte ecclesie S. Laurentii et pro ipsius constructionis que cappella fit per populanos dicte ecclesie et eo modo et forma prout eis videbitur et placebit et in hoc eorum conscientias honerandum.

DOCUMENT 1427f

1427 Catasto 49, 453r

Ser Giovanni Bonaiuti

Declares a Monte credit of 525 florins the interest on which is to be used perpetually ‘per uno cappellano perpetuale il quale a essere diputato a ufficiare uno altare il quale io o fatto fare nella chiesa di Sa Lorenzo alato alla porta che va nella via della stufa’.

Discussion: inserted directly from Elam e-mail; needs to be edited.

DOCUMENT 1428a

- 1428** No month cited. **Incision in original pietra serena cupola lantern cap.** [Original cap is on permanent display on the cloister balcony; For photographs see *Donatello e la Sagrestia Vecchia*, 1986, p. 16, Fig. 1; and Saalman, 1993, p. 134, Pl. 72.]

1428

DOCUMENT 1428b

- 1428** **November 8. Church document recording an endowment by Giovanni de' Medici of two new canonries in the church of San Lorenzo, one dedicated to Saints Cosmas and Damiano, and the other to Saint John the Evangelist.** [Moreni, 1817, II, pp. 361–368, source not cited.]

Discussion: The endowment, finalized in a meeting held in the Old Sacristy, which the document describes as "sumptuous and newly built" (*sumtuoso de novo edificari*), consists of the donation to the church of a farm in S. Lucia, located outside the walls of the city (*extra muros Civitatis Florentie*) to the northwest, and 2400 florins, deposited in the *Monte Comune di Firenze*. The endowment signals the completion and dedication of the sacristy and adjacent double chapel, which were built by Giovanni de' Medici, with the involvement of his sons, Cosimo and Giovanni. Among the conditions of the endowment is the provision that the canons celebrate the feast days of Saints Cosmas and Damiano in the newly completed double chapel dedicated to these saints—a practice that continued until November 7, 1482 (Moreni, I, 1816, p. 23, n. 1). The feast day of Saint John the Evangelist, the saint to which the adjacent Old Sacristy is dedicated, is also to be observed. The endowment brings the total number of canons of the church to eleven. Giovanni personally selected the two new canons, Antonio di Bellincone degli Agli, and Lorenzo di Giovanni da Pisa (Moreni, I, 1816, pp. 22–24). The chapter evidently considered the endowment to be insufficient for the support of two new canons and the new liturgical responsibilities required of them, for the endowment was augmented two years later (see Doc. 1428c).

In Nomine D. N. I. C. ejusque Matris Virginis Mariae, et B. Iohannis Evangelistae, et SS. Cosmae, et Damiani, nec non B. Laurentii M. et totius Celestis Curiae Paradisi Amen. Anno Domini sue salutifere Incarnationis MCCCCXXVIII. Ind. XII. die VIII. Mensis Novembris secundum cursum, et morem Florentinorum [November 8, 1428]...

Sane pro parte dilecti filii Ioannis Bicci de Medicis Civis Florentini nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse qui de bonis sibi creditis aliquam in celestibus partiunculam dirigere gestiens, apud Ecclesiam S. Laurentii Florent. in qua preter Priorem ejusdem, novem canonicatus et totidem Prebende fere noscantur notabilem cum duabus inibi pro celebratione Missarum Cappellis Sacrestiam opere non modicum sumptuoso de novo edificari, et construi facere cepit ad ipsius incrementum Cultus, ac pro sue ejusque parentum, et amicorum animarum salute de ejusmodi bonis in Ecclesia ipsa cum Prioris prefati, nec non dilectorum filiorum Capituli ejusdem Ecclesie, vel ipsorum majoris partis consensu duas de novo Prebendas pro totidem canonicis illas cum canonicatibus inibi, et rationabilibus adiacentiis et honoribus pro tempore obtenturis creari, et institui facere, et competentem pro eis dotem assignare, et donare proponit, affectans quod iuspatronatus, et presentandi idoneas, que per Priorem et Capitulum pred. inibi instituantur, pro tempore, personas ad ejusmodi creandas Prebendas, hac prima vice, et quoties in antea vacaverint Iohanni pred. pro se, suisque Successoribus, et heredibus perpetuo reservetur....

Que bona pro dd. Prebendis sic assignata sunt infrascripta, videlicet: unum Podere cum domo positum in Populo S. Luciae Omnium Sanctorum, extra muros Civitatis Florentie stadiorum triginta septem, vel circa ad cordam terre laborative, et cum arboribus fruttiferis, cui a 1. via, a 2. Magistri Iohannis de S. Miniato, a 3. consortium Molendini Omnium Sanctorum, a 4. Hospitales S. Mathei vulgariter

nuncupati di Lemo da Monte Catino infra predictos confines, vel alios plures, vel meliores, aut veriores...

...vel etiam inter Cappellanos de bonis, vel redditibus Capituli vel pertinentibus ad Mensam Capituli distribui, et que dari debent per ipsorum D. Prioris, et canonicorum distributorem, vel alium ad id deputatum infrascripta bona, videlicet quoddam Creditum duorum Milium quatuorcentorum Florenorum descriptorum super Montem Communis Florentie vulgariter nuncupati Monte de' cinque Interi ex quibus percipiuntur anno quolibet Floreni centum viginti auri. Sicque Venerabiles viri Dom. Benedictus Mathei de Schiattensibus Prior, D. Nerius Andreae, D. Franciscus Antonii, D. Baltassar Magistri Antonii, D. Bartolomeus Andree, D. Iohannes de Spinellinis, D. Bernardus Iohannis, D. Iohannis Bartos lomei canonici Ecclesie S. Laurentii prelibati capitulariter congregati mandato d. D. Prioris in Sacrestia ipsius Ecclesie, et loco Capituli, et ubi negocia, et tractatus ipsius Ecclesie, et Capituli hactenus solita sunt fieri ad sonum Campane...

Item predicti duo canonici modis predictis eligendi, et presentandi, et instituendi, et assumendi, et eorum successores habeant, et habere debeant residentiam, Cameras, et habitationes in d. Ecclesia S. Laurentii quemadmodum habent, et habere consueverunt alii veri, et antiqui canonici Ecclesie ante dicte, si ad presens tales habitationes, vel Camere existerent, vel cum primo esse contigeret.

Item quod in Cappella SS. Cosme, et Damiani, que est penes Sacrestiam novam dicte Ecclesie, et in Cappella S. Iohannis Evangeliste existentis in dicta nova Sacrestia d. Ecclesie constructis, et edificatis per d. Iohannem ad incrementum Divini Cultus in Ecclesia memorata, et pro sue, suorumque parentum, et amicorum, animarumque salute in perpetuum per dd. duos canonicos ad illas assumendos, et presentandos per d. Iohannem, et successive in posterum per suos heredes, et successores confirmandos, instituendosque, ut predicatur, per d. D. Priorem, et Capitulum d. Ecclesie Misse dicantur, ac devote celebrentur, et hoc modo, videlicet: Quod in Cappella SS. Cosme, et Damiani per alterum de dd. canonicis sic ad dd. novas Prebendas assumptis singulis diebus ad minus una Missa dicatur, ita quod una die celebret ibi unus, et alia die alius, vel prout invicem duxerint convenendum. Salvo tamen casu infirmitatis ipsorum, vel alterius eorum; quo casu alter sanus nihilominus sua vice dicere teneatur saltem de duobus diebus uno, et sic una die unus ipsorum canonicorum dicat unam Missam illa die, et postea una die intermedia celebret alius aliam, ut singulis duobus diebus saltem una Missa ibi celebretur. Sicque dd. duo canonici in dd. Missis celebrandis succedant gradatim, vet etiam prout alter ad invicem convenerint, dummodo numerus dd. Missarum dicendarum in dd. Cappellis, ut predicatur, non deficiat, nisi d. casu infirmitatis eveniente. Et in casu quod dd. duo canonici, et quilibet eorum, et eorum successores in perpetuum predicta omnia non observarent eo modo, et forma, ut prefertur, tunc Sacrista d. Ecclesie S. Laurentii pro tempore existens sub pena perjurii teneatur, et debeat apuntare quemlibet contra facientem pro qualibet vice, qua defecerit, et predicta non observaverit in solidis quinque convertendis per d. Sacristam in celebratione Missarum ad dictas Cappellas per idoneas personas in d. Ecclesia non residentes, nisi providerent per ipsos, et seu per alterum ipsorum, quod in dd. Cappellis Misse celebrarentur per Priorem, seu per unum ex canonicis d. Ecclesie modo, et forma predictis. Et an legitimum infirmitatis impedimentum fuerit, vel ne stetur declarationi D. Prioris, et Sacriste ipsius Ecclesie modo, et forma predictis, et Iohannis dum viveret, et eo mortuo, suorum eredum, et successorum....

Item quod prefati canonici, et eorum successores, et quilibet eorum teneantur, et debeant in perpetuum in vigilia Festi Sanctorum Cosme, et Damiani dare Sacriste tres cereos ponderis librarum sex Cere, et duos ponderis librarum duarum, duarumque pro quolibet in vigilia Festi S. Iohannis Evangeliste accensuros in totis officiis duorum Festorum pro dd. Festis, et eorum quolibet honorandis, ao etiam facere Colationem de mane tantum condecens totum Capitulo, Cappellanis dicte Ecclesie, et quolibet die dictorum Festorum et cujuslibet, vel alterius eorum....

Longe plura, et ampliora sequebantur utpote quo pacto commemoratio SS. Cosme, et Damiani, et S. Iohannis fieri debeat, et ipsas canonicorum electiones, et presentationes. Que omnia tanquam a re nostra aliena scribere recusavi.

Ego ser Iacobus Antonii de Romena Imperiali auctoritate Notarius, et Iudex

Ordinarijs, Notarijsque publicis Florentinis predictis omnibus, et singulis, dum sic agerentur, interfui, eaque rogatus scripsi, et publicavi, ideoque me subscripsi.

DOCUMENT 1428c

- 1428** After November 8, 1428. **Ricordo confirming the endowment of two new canonries by Giovanni de' Medici (see Doc. 1428b).** [Florence, *Biblioteca Medicea Laurenziana*, ASL 2866, *Filza di quaderni di Ricordi*, 1389–1533, c. 2r, from *Donatello e la Sagrestia Vecchia*, 1986, p. 102; also quoted in Ruschi, 1989, p. 85 n. 7.]

[...] *Richordo come a di 8 di Novembre 1428 el nobile hu[om]o Giovanni di bicci de medici nella n[ost]ra sacrestia co[n]stituto dinanzi a m. Ja[co]po di nicolò piovano di s. Giovannj in petroio co[m]misario ap[osto]lico adomandò potere creare due p[re]bende a duo cano[n]icati i[n] San L[orenz]o e detto m. Ja[co]po dè lichentia e così creò detti canonicati e p[er] dote co[n]segnò loro i[n] dote uno podere posto fuori de la porta al prato nel p[op]olo di S.Lucia ffiorini] 38 panora 10 pugnora. 7 b[raccia], 2 1/2 con casa di lavoratore.
E di poi i[m]mediate donò al cap[ito]lo p[er] riko[m]pensatione delle distributioni ffiorini] 2400 di mo[n]te di cinq[ue] de' quali si ritira l-anno ffiorini] 120...*

DOCUMENT 1429a

- 1429** (January—March 1428, new style?). **Ricordo confirming the donation of 800 florins by Cosimo and Lorenzo de' Medici for the maintenance of the feast of S. Cosimo and S. Giovanni.** [Florence, *Biblioteca Medicea Laurenziana*, ASL 2866, *Filza di quaderni di Ricordi*, 1389–1533, c.2r, from Ruschi, 1989, p. 85 n. 7.]

Discussion: Since the Medici double chapel adjacent to the Old Sacristy was dedicated to Saints Cosmas and Damiano, and the Old Sacristy was dedicated to Saint John the Evangelist, this document, which provides for the feasts of S. Cosmas and S. Giovanni, confirms that the double chapel and sacristy were both completed by 1429, and were thus carried out as an integral construction project. The decorative terracotta frieze that encircles both the double chapel and Old Sacristy, but no other parts of the basilica, provides addition confirmation of this contemporaneous construction. Since the document provides the year but not the month, it could refer to a date in January, February or March, 1428, new style.

*ffiorini] 800 di monte p[er] la festa di S.Cosimo e di S.Giovanni. Richordo come nel 1429 Cosimo e Lorenzo de medici donar[ono] al cap[ito]lo ffiorini] 800 di mo[n]te di cinque interi co[n] obligo d-una festa di s.cosimo e damiano e di s.giovanni evangelista e ogni lunedì uno off[izio] p[er] l-ani[m]a di d[ic]to giovanni loro padre.
Carta p[er] mano di m.fra[n]cesco di m.tomasso masi.*

DOCUMENT 1430a

- 1430** January 21 (new style). **Excerpt from church document recording Cosimo and Lorenzo de' Medici's agreement to augment Giovanni de' Medici's endowment of 2400 florins by one third, or, an additional 800 florins.** [Moreni, II, 1817, pp. 368–371, source not cited.]

Discussion: This document confirms that Giovanni had recently built the double chapel and sacristy “simultaneously” (*...due nobilissime, et sumtuose Capelle constructe nuper simul cum una ornatissima Sacristia in d. Ecclesia per d. spectabilem, et egregium Virum Ioannem...*). In addition to the conditions of the original endowment set forth by Giovanni in 1428, his sons Cosimo and Lorenzo add the new condition that the canons observe the

anniversary of their father's death. (See Docs. 1428b and 1428c; and discussion in Moreni, I, 1816, p. 27.)

...Et considerantes, quod quia in dd. distributionibus cotidianis gravabatur Ecclesia, et Capitulum antedictum, et in dd. distributionibus extraordinariis particulariter gravabantur d. Dominus Prior, canonici, Capellani, et Clerici d. Ecclesie, d. spectabilis, et egregius Vir Iohannes, ut omnibus gravaminibus supradictis satisfaceret, et provideret, consignavit d. D. Priori, et Capitulo, et Ecclesie predictae Flor. duo milia quadrigentor. scriptor. in Monte, et super Monte Civitas Flor., ex quibus annuatim habentur Floren. centum viginti. Et quia in cotidianis distributionibus dd. duorum canonicorum occupantur tantum Floreni septuaginta tres, vel circa, et in festivitibus SS. Cosme, et Daminani, et S. Iohannis Evangeliste Floreni decem, vel circa, prout ab eo ordinatum fuit per supradictum D. Priorem, et Capitulum, restant ex dd. Florenis centum viginti pro satisfatione dd. onerum particularium Flor. triginta septem, vel circa, et dd. Dominus Prior, et canonici cupientes in omnibus, prout supra est, Divinum cultum in d. Ecclesia ampliare et accrescere, de ipsis, seu ipsorum parte in hunc modum providerunt, et deliberaverunt videlicet: quod in festivitibus SS. Cosme, et Damiani, et S. Iohannis Evangeliste, quia in honorem ipsorum due nobilissime, et sumtuose Capelle constructe nuper simul cum una ornatissima Sacristia in d. Ecclesia per d. spectabilem, et egregium Virum Ioannem; ac in festivitibus SS. Marci Pape, et Amati Abbatis, pro eo quod corpora ipsorum per manus Beatissimi Ambrosii doctoris in presenti Ecclesia condita sunt, nec non et Sixti Pape martiris pro eo quod magister fuit triumphantis martiris Laurentii Patroni nostri, ac etiam maior Capella d. Ecclesie S. Laurentii constructa fuit in honorem ipsius, pro qualibet hora dd. festivitatum distribuantur Sol. quinque illis computatis, qui solent usque in presenti distribui secundum Constitutiones antiquas d. Ecclesie. Et quod in die Commemorationis omnium Defunctorum dividantur libre quinque inter interessentes Misse, et Officio, et libre quinque inter celebrantes et eo modo, et forma, prout fit in die Palmarum. Et quia per nobiles et Magnificos Viros Cosmum et Laurentium fratres et filios antedictae optime memorie spectabilis et egregii Viri Iohannis Biccii de Medicis ultra dictos florenos MCCCC. per dictum eorum patrem consignatos, fuerunt consignati dicto Domino Priori, et dicto Capitulo, et spetialiter sacristie dicte Ecclesie S. Laurentii Flor. octingenti descripti in Monte, et in libris, et super libris Montis Comunis Florent., ex quibus annuatim habentur Floreni quadraginta auri pro augmentatione Divini cultus, et salutis remedio anime supradicti eorum patris, et officii celebrandis in d. Ecclesia quemadmodum placuerit, et visum fuerit DD. Priori, et canonicis, et Capitulo: supradictus D. Prior pro se, et pro Presbitero Nerio Andree uno ex dictis canonicis, cuius vocem, et vicem habet in commissione, ut constat manu mei Notarii infrascripti, et nomine suo, et D. Presbiteri Nerii, et DD. canonici volentes dictum Divinum cultum augmentare, et ad salutem anime d. spectabilis, et egregii viri Iohannis, ac animarum supradictorum filiorum suorum, ut tententur, pia intentione salubriter procurare in hunc modum ordinaverunt; videlicet pro quolibet anno in perpetuum prima die Mercurii, que venit inter X. et IIII. Kal. Martii, in qua celebrata fuit magnifica seppultura ipsius Iohannis officium anniversarium solemnissime celebretur in d. Ecclesia pro salute anime sue....

DOCUMENT 1430b

1430 **After January 21 (new style). Ricordo confirming the augmentation of Giovanni de' Medici's endowment by 800 florins.** [*Biblioteca Medicea Laurenziana, Florence, ASL 2866, Filza di quaderni di Ricordi, 1389–1533, c.2r, from Donatello e la Sagrestia Vecchia, 1986, p. 102.*]

Discussion: See Docs. 1428b, 1428c, 1430a.

...f[iorini] 800 di monte p[er] la festa di S. Cosimo e di S. Giovanni. Ricordo come nel 1429 Cosimo e Lorenzo de medici donar[ono] al cap[ito]lo f[iorini] 800 mo[n]te

di cinque interi co[n] obligo d-una festa di s. cosimo e damiano e di s. giovanni evangelista e ogni lunedì uno off[izio] p[er] l-ani[m]a di d[ic]to giovanni loro padre. Carta p[er] mano di m. fra[n]ces[co] di m. tommaso masi.

DOCUMENT 1431

- 1431** **No day or month indicated. Reference to an *istrumento* recording the construction of an altar in a new chapel to be built in the north side of the nave, on the site of the old basilica of San Lorenzo, near the old campanile.** [Cianfogni, 1804, p. 195. Documentary citation not provided.]

Discussion: In this partial quotation from and commentary on a church document of 1431, Cianfogni concludes that the old basilica was still been standing. The reference to “S. Lorenzo alto” may indeed be a reference to the then newly-constructed portion of the present basilica that stood behind the old basilica, before the latter was demolished. Since the floor of the new basilica is higher than that of the old basilica, it is possible that the new basilica was referred to by contemporary observers as “S. Lorenzo alto,” to distinguish it from the lower old basilica that stood next to it for a period of time before being demolished. The term “S. Lorenzo alto” could also be a reference to an altar, however. In any case, the document indicates that in 1431 the old campanile was still standing.

“In un nostro istrumento dell’istituzione d’una Cappella ordinate l’anno 1431. da Don Tommaso Spigliati Monaco della Badia Firoentina vi si legge, che gli è assegnato dal Capitolo nella Chiesa il luogo per fabbricarvi un’Altare, o dove è quello di S. Lorenzo alto; o trà questo, e quello di S. Giorgio, che è presso il campanile; con patto, che fabbricandosi nella Chiesa (s’intende della nuova fabbrica, a cui avea già dato principio Giovanni de’Medici) Cappelle ordinate, e uniformi, il Capitolo non possa impedirlo. La Chiesa vecchia dunque co’suoi Altari era allora in piedi, e in stato da potervisene erigere un nuovo.”

DOCUMENT 1433a

- 1433** **May 23. Prior Matteo Schiattesi allocates the transept chapel adjacent to the northern side door to Luca di Marco di Jacopo di Bartolo.** [ASF Notarile C.475, ser Bartolomeo di Bambo Ciai (1430-7) fos. 91v-92r, May 23, 1433, from Elam, 1992, p. 167, n. 46.]

Discussion (a): With this allocation, made during the construction hiatus of 1425-1442, the eighth and last private transept chapel finally receives a patron, nearly ten years after the seventh was allocated to the Rondinelli in July 1423 (see Doc. 1423d), and also nearly ten years after Prior Matteo Schiattesi is granted the right to allocate the chapel (see Doc. 1423e).

Discussion (b): With regard to the document quoted below, Elam writes: “I have not been able to trace the Act of 1423 to which Ciai refers. In 1433 Luca di Marco’s obligations to the chapel were recorded in his tax returns. He had endowed the construction and officiation of the chapel with 1,000 florins invested in the Monte Comune (Catasto 469, fos. 469, 437^r-440^v) and owed Benedetto Schiattesi 34 florins for the remainder of its purchase price (‘O a dare a messer Benedetto priore di San Lorenzo per resto duno principio d’una chappella comprata da lui fl. trenta quattro’). The same year he was elected an *operaio* of the church (ASF Signori Deliberazioni Ordinaria Autorità 41, fo. 14v.)”

Venerabilis Religiosus Dominus Benedictus quondam Mattei de Schiattesibus vigore commissionis eidem de mense septembris anni domini MCCCCXXIII per eos tunc socios operarios opere Sancti Laurentii de Florentia de nominando quem voluerit in

dominium capelle fiende prope notarium dicte ecclesie et prope cappellam fiendam per heredes Zanobi ser Gini, ut constat de commissione manu mei notarii publici infrascripti, nominavit et recognovit in dominium et seu factorem dicte capelle, cum honeribus alias deliberatis olim cappellis perfixis, Lucam Marci Jacobi Bartoli promicentem omnia facere quae et cumque teneatur secundum deliberationem circa dominationem dictarum cappellarum mea manu scripta.

DOCUMENT 1434a

1434 **March 16 (new style). Decree issued by the signoria ordering that a block of buildings adjacent to the basilica of San Lorenzo be demolished.** [*A.S.F. "Signori e Collegi, Deliberazione, Ordinaria Autorità" Reg. 34 (16 e 18 marzo 1433[34]), from Roselli and Superchi, 1980, pp. 50–53.*]

Discussion: The demolition presumably enlarged the existing piazza in front of the old basilica of San Lorenzo, and created the present Piazza San Lorenzo. Similar to prior Dolfini's petition of 1418 (Doc. 1418a), this decree justifies the demolition by noting that the properties to be demolished are occupied by "dishonest persons" (*persone inhoneste*). The demolition is to be carried out by the *opera* of Santa Maria del Fiore, of which Brunelleschi is *capomaestro*.

*Attendentes omni ingenio ad ornatum, et magnificentiam Civitatis, viso quod Ecclesia B Laurentii in structura, et ornamentis ampliatur, et quod propterea foret decentius plateam hujusmodi Ecclesiae ampliari, intellecto maxime, quod infrascriptis domibus, ut plurimum, retinentur persone inhoneste, et non convenientes in eodem loco, volentes providere deliberaverunt, quod omnes, et singule domus, apothece, et hedificia quesumque, que sunt super dicta platea contra domus illorum della Stupha, videlicet inter plateam, et dictam domum existentes ab apotheca, in qua exercetur per Giuseffum aromatarium ars aromatarii, que in strata recta, per quam itur recto tramite al Canto alla Macine circum circa, ut tenent, destruantur, et eiiciantur in terram (Moreni, *Continuazione*, vol. 1, p. 2 note 4).*

See discussion in: Hyman, 1975, pp. 107–108, and transcription of second half of Moreni passage on p. 107:

“The area to be levelled was specified in the decree; it ran from the palace of the della Stufa family on Via della Stufa, opposite the last portal of the old church (*‘contra ultimam portam dicte ecclesie’* [but these words are not included in the transcription below]), to the shop of spice dealer Giusaffà in Via de’ Ginori—in modern terms roughly the area north of the church occupied by the present Piazza S. Lorenzo (*‘omnes et singule domus, apotece et hedifitia quecunque et cuiscunque sint; que sunt super dicta platea contra domus illorum della stufa, videlicet interplateam et dictam domum existentem ab apoteca in qua exercetur per Giusaffam aromatarium ars aromatarii, que est in strata recta per quam iter recto tramite al canto alla macina, usque ad viam que est contra viam que dicitur la via della stufa circhuncircha ut tenent distruantur et licinatur in terram’*).”

DOCUMENT 1434b

1434 **April 30. Letter from fourteen-year-old Ugo di Lorenzo della Stufa to Cosimo's son, Giovanni, noting that a new piazza has been created in front of the basilica of San Lorenzo.** [*Biblioteca Nazionale Firenze, Conv., Sopp. c. 4. 895, fol. 131r, from Hyman, 1975, p. 108, n. 61.*]

Discussion: See Document 37

Credo ai sentito chome Loteri[n]gho nostro è stato de' singniori e le chase che ci erono diri[n]petto sono ito a ter[r]a che abiano testè una bel[l]a pi[az]za dinanzi al'uscio siche vedi chome le cose vano....rachomandami a chosimo e a lorenzo e a mona chontesina e a laltra brighata.

DOCUMENT 1434c

1434 June 3. Church document recording the approval by the prior and canons of San Lorenzo of a detailed proposal by a group of citizens to build nave chapels, once construction of the nave commences. [Florence, *Archivio di Stato, Notarile anticostimiano, M 273, insert I, f. 321v*, from Ruda, 1978, pp. 358-361.]

Discussion: With Cosimo de' Medici in exile, a group of citizens apparently attempt to reassert control over the basilica of San Lorenzo (see Saalman, 1978, pp. 361-364). The proposed new chapels contain many similarities with the design of the present nave chapels, most notably the greatly reduced height and depth dimensions compared with the transept chapels.

In Christi nomine amen. Anno ab eius salutifera incarnatione MCCCCXXXIII, indictione XII, die III mensis Iunii. Actum Florentie, in populo S Laurentii et in sacristia ecclesie S Laurentii predicti, loco capituli dicte ecclesie, presentibus testibus agnolo Iacobi Christofari de Castro Franco vallis superioris et Antonio Palmieri de Fornace de partibus Casentini, clericis dicte ecclesie etc.

Cum, ut asseruerunt infrascripti dominus prior et canonici dicte ecclesie S Laurentii, certi homines et persone, devoti dicte ecclesie, habeant curam et affectionem ipsi ecclesie et dicant se velle temporibus futuris edificare et seu hedificare facere in dicta ecclesia capellas ut in ipsis celebrentur divina officia, que sint conformes aliis capellis iam inceptis et in futurum edificandis in dicta ecclesia. Et volentes dicti infrascripti dominus prior et canonici providere circa hedificationem dictarum capellarum hedificandarum adeo quod bene et honorabiliter respondant hedificio incepto in dicta ecclesia. Et habita [sic: habito] per eos, ut dixerunt, colloquio tractatu et consilio cum pluribus ydoneis et intelligentibus magistris, et inter eos deliberatione solempni, omni modo etc. providerunt ordinaverunt et deliberaverunt quod capelle deinceps fiende et hedificande in dicta ecclesia fiant et hedificentur modo et forma ac ordine infrascriptus videlicet.

Quod omnes ipse capelle et quelibet ipsarum sint longitudinis brachiorum decem et octav partis alterius brachii et non ultra, nec minores, et quod ex utraque parte dictarum capellarum fiat et fieri debeat unus pilastrus lapide macingni concii secundum formam et qualitatem aliorum pilastrorum positorum et hedificatorum ex latere superiori in aliis capellis dicte ecclesie, latitudinis brachiorum unius cum dimidii. Qui pilastrus sit et esse debeat in ecclesia et extra muram dicte ecclesie cum ipso tamen muro coniunctus per quartam partem brachii, cum basis et capitellis iusta formam predictam et etiam eiusdem altitudinis et maneriei. Super quibus pilastris fiant et fieri debeant architrave, fregium et cornice [sic] secundum formam predictam, videlicet aliarum capellarum dicte ecclesie iam hedificatarum et seu inceptarum hedificari. Super qua cornice cuiuslibet capelle ex predictis capellis hedificandis fiat et fieri debeat unus oculus com concii modo et forma et prout et sicut sunt oculi capelle Iohannis de Medicis et eiusdem qualitatis, altitudinis et forme. Super quo oculo etiam fiat et ordinetur una ghiera concii lapidum in archis, conrespondens volte fiende super navi dicte ecclesie. Et quod inter dictos pilastris fiat et hedificetur una tribuna in omni et qualibet et super // omni et qualibet huiusmodi capellarum predictarum hedificandarum, latitudinis brachiorum VII, que tribuna sit et esse debeat longitudinis brachiorum trium cum dimidio et altitudinis usque ad summitatem capitellorum dictorum pilastrorum. Ac etiam fiant et fieri debeant super angulis dicte tribune ornamenta lapidea concii ad similitudinem tribunarum que sunt in capella nove sacristie dicte ecclesie. Et quod in dictis huiusmodi capellis et qualibet earum fiant et fieri debeant tres gradi lapidei, duo videlicet extensi et unus qui circueat per dictam

tribunam. Ac etiam fiat in eis et earum tribunis unum altare pro qualibet, lapiden [sic] macigni, super quinque culunnis [sic], cum tabula quadrata et sine civoriis, picta honorabiliter. Et quod in dictis huiusmodi capellis et seu tribunis non possit fieri aliqua pictura preter tabulam predictam sine expressa licentia capituli dicte ecclesie. In quo oculo de quo supra dictum est, fiat et fieri debeat oculus vitreus et seu apponi vitreus honorabiliter. Et quod muri dictarum tribunarum et seu capellarum ex latere exteriori dicte ecclesie et seu dictarum capellarum fiant et sint recti et cum basis ex parte inferiori et cornicibus ex parte superiori, in modum et secundum formam aliorum murorum factorum in dictis aliis capellis inceptis hedificari. Et fiant et construantur lapidibus de cava et seu lapidibus illius qualitatis de quibus constru[c]ti sunt alii muri exteriores aliarum capellarum predictarum et similes altitudinis.

Nomina vero sunt hec, videlicet:

dominus prior prefatus

presbiter Nerius Andree

dominus Baldasar magistri Antonii

dominus Bartholomeus Andree

dominus Iohannes de Spinellinis

dominus Bernardus Iohannis

dominus Antonius de Aleis

dominus Laurentius Laurentii de Pisis.

DOCUMENT 1440a

- 1440** **June 11. The cupola and campanile of the Cathedral of Florence are illuminated to celebrate the victory of Florence over the armies of Duke Filippo Maria of Milan at the Battle of Anghiari.** [Archives of the *opera* of Santa Maria del Fiore, II, 4, 14, c. 77, as quoted verbatim, with commentary, by Saalman, 1980, p. 279, Document 303.]

Discussion: The military victory combined with the spectacle of the illuminated cupola perhaps signalled a period of renewed civic pride and optimism in Florence (see Saalman, 1993, p. 158).

"Victory at Anghiari—brands on cupola and campanile 'per la novita della vittoria del ducha.'"

DOCUMENT 1440b

- 1440** **September 24: Description of the funeral of Lorenzo de' Medici, brother of Cosimo de' Medici, held in the old basilica of San Lorenzo.** [Moreni, I, 1816, pp. 41–43, from various sources, as noted.]

Discussion: The standards of the *comune* and all the guilds were on display, and Bishop di Valvi sang mass. In addition, Pope Eugenio IV, who was headquartered in Florence at the time, sent both his standard and that of the Church of Rome, nine of his cardinals, an unspecified number of other church representatives, and one hundred torch bearers. Evidently the pope himself did not attend. The lavish ceremony probably brought as much embarrassment to the church as honor, for behind the cramped old basilica, into which so many dignitaries and so much display had to be accommodated, lay the modern ruins of the much larger new basilica, begun two decades earlier but abandoned soon thereafter. With Lorenzo's death, Cosimo became the sole remaining heir to Giovanni "di Bicci" de' Medici.

"La morte di Lorenzo di Giovanni Bicci de' Medici, da cui discese la linea dei Granduchi Medicei, fratello di Cosimo P. P., avvenuta ai 23. Settembre dell' anno 1440. fu di non lieve dolore al nostro Capitolo, il quale lo si riputava a tutta equità uno dei suoi più grandi benefattori. Le solenni Esequie fattegli in Chiesa nostra così le ci

vengono descritte dall' Ammirato [S. Ammirato, *L'Istorie Fiorentine*, Florence, 1647] nella *Part. II.* della sua Istoria fiorentina a *pag.* 32[:] 'Era egli uomo per le sue molte buone qualità grandemente caro ai cittadini. Gli onori fatti al suo corpo avanzarono di gran lunga la fortuna di un privato cittadino, il che fa non piccola testimonianza della potenza di quella casa; conciosiachè non solamente egli fusse onorato dalle bandiere del Popolo, della parte Guelfa, della Mercatanzia, delle Capitadini, e degli altri Corpi de' Magistrati della città, ma hebbela ancora dal Pontefice Eugenio (IV), da cui fu specialmente amato, e havuto caro. Lodollo pubblicamente il Poggio, da colui, il quale scrisse l'Istorie, e fu accompagnato alla sepoltura dai Nepoti del Papa, e da tutti gli Ambasciatori, i quali erano nella Città.' Il Cambi [Cambi, *Cronica Fiorentina*,] soggiunge nella sua Cronica Fiorentina: 'il Papa vi mandò tutti i Cardinali, e Prelati della Corte.' Difatti nel libro XXX. de' Sagrestani *pag.* 30. si legge questo Ricordo. 'A di 25. Settembre sotterrammo Lorenzo di Giovanni de' Medici in domenica; cantò la messa il Vescovo di Valvi, e in coro nostro furono nove Cardinali, e Papa Eugenio (che allora risedeva in Firenze) gli mandò lo stendardo, o vero Bandiera della Chiesa, et la sua, e cento torchi, avvegna gli riportassino; fu molto onorato dalla Comunità, largimogli tutto l'ornamento della bara, e per questo avemmo dalla donna sua (Ginevra Cavalcanti) una Pianeta di domaschino bianco.' Vi è ancora chi dice, e tra questi Giovanni di Pietro Buondelmonti nel famoso suo Priorista Ms. originale presso di noi in foglio atlantico, che l'istesso Sommo Pontefice e' v' intervenisse: ecco le sue parole stesse. 'A tempo di questi Priori morì Lorenzo di Gio. Bicci de' Medici, il corpo del quale fu molto onorato di cera, e di bandiere, et all' esequie sue andò Papa Eugenio con tutti li Cardinali, che allora erano in Firenze.' ma il silenzio delle nostre memorie ci fa temere, anzi che no, della verità di tale asserzione."

DOCUMENT 1440c

1440 **November 20: Deliberation of the *gonfalone del Leon d'Oro* offering the rights of patronage to the high altar chapel of the basilica of San Lorenzo to anyone willing to undertake its completion.** [*Archivio di Stato di Firenze, Protocollo di Ser Angiolo di Cinozzo Cini, C. 525, 1437–1455, c. 60ff*, from Ginori Conti, 1940, pp. 236–240.]

Discussion: The once-feared Medici takeover of the church (see Doc. 1434cc) is apparently now accepted as inevitable by the citizens of the *gonfalon*. This deliberation, the product of a meeting of the *gonfalon* council called by prior Schiattesi in the Old Sacristy, appears to be but a thinly-veiled offer to Cosimo de' Medici, the only individual in the city who would have been willing and financially able to undertake construction of the high altar chapel. The prior and *gonfalon* apparently believed that only through the involvement of Cosimo as a major patron would the church construction, suspended since about 1425 (see below and Doc. 1425a) ever resume. The delay, the document notes, caused the incomplete work to deteriorate, and was a source of "humiliation and shame for the entire parish (*vilipendium, et ignominiam totius dicti populi*). The document indicates that construction of the basilica began in 1419, a claim that cannot be verified (see Doc. 1421a), and that it came to a halt in about 1425 (*anni quindecim, vel circa*) due to the pressure of war taxations levied not only on laymen but on the prior and canons of the church as well (*non solum per cives seculares...*).

Cum hoc sit, ut infrascriptus dominus prior asseruit, quod de anno 1419, vel circa, tempore recolende memorie domini Mattei Dolfini, tunc prioris ecclesie, et celeberrimi templi S. Laurentii predicti, et infrascripti domini Benedicti nunc prioris, et tunc canonici dicte ecclesie et templi fuisset incepta fundari cappella major ecclesie, et templi predicti pro ampliando dictam Ecclesiam, et templum secundum convenientiam ejusdem, considerato ipsum templum antiquitus, ut dicitur, fuisse majus dicte civitatis, et multo populo, atque notabili semper usque in holiernam diem abundantius, et canonicorum collegio, ac multis aliis clericis decoratum; et insuper in eodem multo tempore vixisse, et obiisse, et per plures annos sepultum jacuisse eximium Zenobium sanctissimum episcopum civitatis predictae, et sepissime secum ibidem ecclesie

doctorem Ambrosium in maxima devotione, et caritate stetisse, et dictum templum, et ecclesiam in sui memoria trium corporum Sanctorum, videlicet, S. Marci Pape, S. Concordie martiris, atque S. Amati abbatis dotasse, sicuti hodie in dicto templo, et ecclesia clare constat; et cum hoc sit, quod post mortem dicti domini Mattei dictus venerabilis vir dominus Benedictus olim Mattei de Schiattensibus prior dicte ecclesie et celeberrimi templi supradicti semper desideraverit, et hodie desideret dictam cappellam perfici, dictamque ecclesiam, et templum in omnibus extollere, erigere, et ampliare, et nunquam potuerit, nec futuris annis vite sue speret posse propter assiduas ghuerras, et cotidianas solutiones factas, et que cotidie fiunt, non solum per cives seculares, verum etiam per dictum dominum Priorem, et ejusdem Ecclesie canonicos; et cum hoc sit, quod jam sint anni quindecim, vel circa, quod in dicta majori cappella non fuerit aliquid edificatum, sed sit, et fuerit talis cappella, et tale opus propter necessitatem pecunie penitus derelictum; et cum ex predictis, non solum edificio dicte majoris cappelle, ut dictum est, incepte, verum etiam dicte sacrestie et cappelle celeberrime jam fere prefecte per famosissimum virum Joannem Adovardi de Medicis, et Cosmam, et Laurentium eiusdem Ioannis prestantissimos filios, et aliis cappellis jam inceptis, et non perfectis per particulares cives, et populares ecclesie dicti S. Laurentii ex utraque parte dicte majoris cappelle detrimentum, imperfectio, et retardatio sequatur, et resultet in vilipendium, et ignominiam totius dicti populi, idcirco infrascripti venerabiles, egregii, et prudentes viri Bartholomeus olim Cinozi Ioannis Cini, vexillifer dicti Vexilli Leonis ad aurum, magister Bartholomeus Cambi et medicine doctor, dominus Dominicus Niccolai de Martellis legum Doctor, Cambinus Niccolai Francisci capitaneus Partis Guelforum, Antonius ser Ludovici della Chasa, Panutius Zenobii del Bua de officio Otto Custodie dicte Civitatis, Franciscus magistri Antonii magistri Guccii de dicto officio Otto, Simon Francisci de Ginori de officio Sex Mercantie, Laurentius Andree domini Ughonis della Stufa, Ser Franciscus ser Tomasii Masii, Andreas Raynaldi de Rondinellis, Federigus Niccolai Ghori Ghori, Iacobus Georgii Aldobrandini del Nero, ser Albertus ser Tomasii Masi, Iacobus Thomasii Tani, Michael Francisci ser Santi Bruni, Mariottus Ioannis dello Steccuto, Andreas Sinibaldi de Sommaria, Nicholaus Blasii ser Nelli, Andreas Francisci Cambini, Franciscus Petri de Ginoris, Andreas Iohannis della Stufa, Dominicus Iuliani de Ginoris, Franciscus Iacobi de Guasconibus, Dominicus Laurentii de Attavantibus, Iohannes Nuti Bartoli, Zenobius Petri de Marignollis, Iohannes Iohannis de Ghoris, Iacobus Thommasii de Schiattensibus, Antonius Veneris Cini aurifex, Vettorius Nelli Bartholomei Nelli, Antonius Marci Sostegni, Marcus Bartholomei aurifex, Manettus Masini forzerinaius, Antonius ser Iohannis Bonajuti, Franciscus Neronis Nisii Neronis, Bernardus Iacobi ser Francisci [Ciai], Andreas Lancillotti de Lutiano, Niccholaus Francisci Cambini, Niccholaus Zenobii Bonvanni, Niccholaus Zenobi Benintendi, Iohannes Luce de Maccianghinis, Nerijs Leonardi Grilli, Bartolomeus basterius, Filippus Bartholomei del Grigia, Iohannes magistri Antonii della Scarperia, Matteus Antonii aurifex, Iacobus Antonii Veneri aurifex, Antonius Neronis Nigii Neronis, Bartolomeus Lotti Albizi, Franciscus Niccholaus Cambini, Nigijs Neronis Nigii Neronis, Laurentius Iohannis della Stufa, Franciscus Baldini Iohannes Inghirami, Iacobus Gheri della Ressa Spetiarius, ser Iacobus ser Filippi de Lutiano, Iohannes ser Ludovici della Casa, Zenobius Iacobi de Bucherellis, Nellus Nelli Bartholomei ser Nelli, Zenobius Thommasii de Ginoris, Filippus Simonis Banchi, ser Lottus ser Francisci ser Thommasii, omnes cives Florentini, et de populo dicte ecclesie, et templi S. Laurentii, nec non de dicto Vexillo Leonis ad Aurum, convocati, et insimul congregati in suprascripta cappella, et seu sacrestia jam fere perfecta per dictum Iohannem de Medicis, et Cosmam, et Laurentium eius filios, more solito per nuntii requisitionem de mandato, et ad requisitionem suprascripti Bartholomei Cinozzi Vexilliferi predicti, et ad petitionem, et instantiam supradicti domini Benedicti, et suorum canonicorum, nec non etiam Operariorum nunc denuo constitutorum per Dominos Priores Artium, et Vexilliferum Iustitiae Populi, et Communis predicti, et eorum Collegia pro perfectione operum inceptorum in dicta ecclesia, et templo S. Laurentii, audito primo super predictis, et infrascriptis dicto venerabili viro domino Benedicto priore suprascripto, in effectu, suo nomine, et suorum canonicorum proponente, et narrante coram supradictis Civibus, et popularibus predictis omnia supra narrata, et dictam majorem cappellam,

ut supra dicitur, edificari inceptam, propter necessitatem dicti Prioris, et eius Capituli non posse perfici, ex quo sequebatur detrimentum, et imperfectio, et retardatio omnium aliarum cappellarum, et omnium operum inceptorum per particulares cives in dicta ecclesia in maximum dedecus, et vilipendium dictorum prioris, et canonicorum, et totius universitatis dicti populi, et hominum, et personarum dicti Vexilli; et demum requirente, et hortante dictos cives populares suos, ut eisdem placeret, dictam Cappellam sumptibus totius universitatis dicti populi perficere, et eidem perfectum finem imponere, et super predictis, et infrascriptis consulere, providere, et deliberare, prout eisdem videretur pro perfectione dicte cappelle, et offerente se, et ejus canonicos potius velle dare, et concedere dictam majorem cappellam inceptam ad eam edificandam, et finiendam illi, vel illis, cui, vel quibus dictis suprascriptis hominibus, et popularibus suis placeret, et eisdem videretur, seu illi, vel illis, quem, vel quos dicti suprascripti homines, et populares sui eligerent, et nominarent. Auditis igitur primo omnibus suprascriptis per dictum dominum Priorem expositis, et narratis, et habitis super his, et infrascriptis plena, et matura deliberatione, et quolibet dictorum civium super predictis consulente, proponente, et arrangante, demum post multos ad invicem habitos tractatus et deliberationes inter ipsos omnes unanimes, et concordas, et nemine ipsorum discrepante, ipse Bartholomeus Vexillifer predictus, una cum suprascriptis hominibus, et personis, et dicti suprascripti homines, et populares vice, et nomine totius universitatis dicti Populi, omni modo, via, jure, et forma, quo qua, et quibus magis, et melius potuerunt, consulerunt, proviserunt, et deliberaverunt, quod quilibet civis, unus, seu plures dicti Populi S. Laurentii possint, eisque liceat in dicta majori cappella, et super quibuscumque muris dicte majoris cappelle edificare, et edificari facere, et eam prosequi, et finire eo modo, et forma, prout, et sicut huiusmodi tali civi edificari volenti videbitur, et placebit. Et insuper eligerunt, fecerunt, creaverunt, et deputaverunt eorum, et eorum successorum, et hominum ipsorum dicti populi, et totius universitatis dicti populi syndicos, procuratores, commissarios, actores, factores, et certos nuntios speciales venerabilem virum dominum Benedictum priorem predictum, et prudentes, et discretos viros Niccholaum Francisci Cambini, Andream Lancilotti de Lutiano, Bernardum Jacobi ser Francisci Ciai, Franciscum Neronis Nisii, et Niccholaum Zenobii Bonvannis cives Florentinos dicti Populi Sancti Laurentii, nec non etiam dicti, et de dicto Vexillo Leonis ad aurum ad presens Operarios dicte Ecclesie, una cum suprascripto domino Benedicto, constitutos per dominos Priores predictos, et eorum Collegia, et duas partes ipsorum in concordia, aliis etiam absentibus, et contradicentibus, specialiter, et nominatim ad querendum, inquirendum, perquirendum, et investigandum de uno, seu pluribus hominibus, et personis dicti populi tantum, et non alterius populi ydoneis, et sufficientibus ad dictam cappellam perficiendam, et finiendam, et dictos tales huiusmodi cives unum, et seu plures, prout dictis operariis, et duabus partibus ipsorum videbitur convenire, requirendum, hortandum, rogandum, orandum, et supplicandum, ut eisdem, et seu eidem placeat dictum pulcherrimum opus, jam pro derelicto habitum, hoc est dictam majorem cappellam cum suis edificiis eidem majori cappelle pertinentibus, et ab eadem dependentibus, perficere, finire, et eidem perfectum finem imponere eo modo, et forma, prout constat, et quemadmodum dicto tali huiusmodi civi uni, seu pluribus videbitur convenire, et ad ringratiandum, et gratias habendum huiusmodi tali civi uni, seu pluribus tale opus perfici volentibus, et dictos constituentes, et universitatem, et populum predictum offerendum ad mandatum et beneplacita talis, et seu talium huiusmodi civium, prout dictis Operariis, et duabus partibus eorum, ut supra videbitur, et generaliter dantes etc. promicentes etc. rogantes etc.

DOCUMENT 1441

1441 **Cosimo begins quarrying work for San Lorenzo.** Hyman, diss., pp. 305 and 431

DOCUMENT 1442a

- 1442 No month provided. Record of a contribution to the church of San Lorenzo pursuant to construction of the Cappella Luca di Marco, which the document notes had already begun.** [ASF, Catasto, 623, Portate of Marco and Giovanni di Luca di Marco di Jacopo Bartoli, c. 390r, from Pacciani, p. 97, Doc. 34.]

Denari di Monte (...)

f. M, cioè f. mille di presentazioni sotto nome di Lucha di Marcho, i quali denari sono con condizione che non si possono promutare e che l-le paghe d'essi possi pigliare li operai di San Lorenzo insieme con priore e convertirle in muramento d'una chappella principiata nella detta chiesa di San Lorenzo, e conpiuta di murare si convertano in fare uficiare detta chappella, come tutto apariscie distesamente per libri del Monte, f. 32 s.10.

DOCUMENT 1442b

- 1442 March 24 (new style). Entry in a San Lorenzo construction ledger maintained for Cosimo de' Medici by Bartolommeo di Tommaso Sassetti recording initial payment by Cosimo to fund commencement of quarrying at Trassinaia.** [Archivio del Capitolo di S. Lorenzo, Ms. A3, "Entrata e Uscita delle Spese fatte dal Cosimo de Medici per la Muraglia Nuova dell'Anno 1441 al 1452 tenuta per Bartolommeo di Tommaso Sassetti," in: Hyman, 1968, pp. 431 and 524, as noted below.]

Discussion: Seventeen months after the *gonfalon* issues its resolution offering the rights of patronage of the high altar chapel of San Lorenzo to anyone willing to undertake its construction (Doc. 1440c), Cosimo recommences construction activity at the church. Cosimo transfers 496 *lire*, 15 *soldi*, 8 *denari* from his private account (*a sua ragione propria*) to the account of the Florence branch of the Medici bank, for the purpose of "...uncovering the *macigno* quarry in Trassinaia, and for quarrying stone and hauling the first load to San Lorenzo..." (*...per fare scoprire la chava del macigno di trassinaia e per fare a bozare pietre a conducierne l^a parte di San lorenzo...*). Evidently he has not yet decided how to fund the project in the long term, and he refrains from making his arrangement with the church and *gonfalon* public just yet. (See discussion in Hyman, 1968, p. 305f; and Hyman, 1975, p. 98ff.)

Cosimo de medici proprio de avere a di 24 marzo 1441 L. cccc_lxxxx_vi s.15 d.8 sono per E [fiorino largo] 116 s.8 d.6 affiorino che il bancho di firenze avea a debitore il detto cosimo proprio alq_ di cassa s [segno] D.145 per più spese fatte in nel detto an[n]o in nellavorio di San Lorenzo posto spese debino dare in questo 3 I quali il detto cosimo proprio pagho al detto bancho faccendoli tirare a sua ragione propria _____ L.496.15.8 (Hyman, 1968, p. 524)

Spese fatte in nelavorio della muraglia della chiesa di San lorenzo in cominciando lan[n]o presente 1441 deono dare a di 24 di marzo 1441 L. ccclxxxvi s.xv d.viii chettanto s' èi spesò Som[m]a nel detto an[n]o per fare scoprire la chava del macigno di trassinaia e per fare a bozare pietre a conducierne l^a parte di San lorenzo come tutto a pare al q[ua]dern]o delcassa del banco [segno] d 145 dove il detto ba[n]cho avea a debitore Cosimo proprio fe buoni al detto bancho. E per nelo facciamo creditore in questo 2 _____ L. 496.15.8 (Hyman, 1968, p. 431)

DOCUMENT 1442c

- 1442 May 17. Record of payment in the San Lorenzo ledger for two and a half cart loads of stone from a quarry in Trassinaia.** [Hyman, 1968, p. 431.]

Discussion: Approximately two months after Cosimo provides funding to commence

quarrying operations at Trassinaia (Document 44), the first loads of stone are transported from the quarry to the San Lorenzo construction site.

Item deono dare a di 17 di maggio 1442 L.x demo a nan[n]l do ghorò carradore per vettura di carrate 2 1/2 di pietre di macigno cireco da settignano dalla cava di trassinaia pagho B.S. in questo 4 _____ L. 10

DOCUMENT 1442d

1442 July 7. Record of payment to scarpellatore Domenico di Piero for unspecified work. Domenico, the document notes, “stays with filipo di Ser brunellesco.” [Hyman, 1975, p. 118, n. 59, brackets are Hyman’s. Document reference is that same as that of Doc. 1442b.]

Discussion: On Domenico di Piero, Hyman notes: “An otherwise anonymous and apparently insignificant stonecarver, in the Ledger his name is [repeatedly—see Hyman, 1968, p. 384] followed by the phrase ‘sta con Filippo di Ser Brunellescho.’ A member of Brunelleschi’s shop, he worked at S. Lorenzo for a little less than a year—from July 1442 through June 1443. No other information; his work likely on-site dressing and cutting of stones” (Hyman, 1975, p. 111). These apparently casual references to Brunelleschi, without prefatory title such as *maestro*, perhaps suggests that Brunelleschi was not serving as *capomaestro* of the San Lorenzo project at the time. The document furthermore confirms the historical inaccuracy of name “Brunelleschi,” today used by convention (see Procacci, 1980).

Domenico di piero scarpellatore che sta con filipo di Ser brunellescho de avere a di 7 di luglio [1442] opere 13 le quali a lavorato con noi...somma opere 192 montano per s.12 il di...[fol. 13 right].

DOCUMENT 1442e

1442 August 13. Notarial record of Ser Jacopo da Romena formally recording the concession of the rights of patronage of the high altar chapel, and all other parts of the church up to the point where the old basilica of San Lorenzo stands, excluding those chapels to be built by other private citizens, to Cosimo de' Medici, in exchange for Cosimo's commitment to build those portions of the church at his own expense within six years. [Archivio di Stato di Firenze, *Protocollo di Ser Jacopo da Romena, I. 9 (1442–1443)*, ff. 40r–42v, from Ginori Conti, 1940, pp. 240–245; for partial English translation, see Battisti, 1981, pp. 368–369.]

Discussion: Approximately one year, nine months after the *gonfalon* issued its resolution regarding the high altar chapel (Doc. 1440c), and approximately five months after Cosimo makes his first payment for construction of the church (Doc. 1442b), the terms of Cosimo’s agreement with the chapter and *gonfalon* are made public in a formal notarial record. The agreement is more far-reaching than the *gonfalon*’s offer of 1440. According to the agreement, Cosimo is to complete, within six years, not only the high altar chapel, but the transept, crossing, cupola, and the nave as far as the back of the old basilica (i.e., the entire transept and the first three bays of the nave). In exchange, he is granted the rights of patronage to the high altar chapel, and the right to place his coat-of-arms in the other parts. Perhaps based on either or both Docs. 1418a and 1440c, this document also notes that construction of the new basilica was commenced in about 1419 (“twenty-three years ago, or thereabouts”; *viginti tres anni vel circa*), but notes that it stalled a few years later (For additional discussion see: Hyman, 1968, pp. 305–306; Hyman, 1975, p. 98, n. 3; and Saalman, 1993, pp. 159–160).

In Dei nomine Amen. Anno Domini sue salutifere Nativitatis MCCCCXLII, Indictione V, die XIII mensis Augusti secundum morem florentium, pontificatus SS. in Christo patris domini, domini Eugenii divina providentia Pape IV Anno xii. Actum Florentie et in ecclesia Sancti Laurentii, et in Sacristia dicte Ecclesie, praesentibus testibus ad hec habitis vocatis, et rogatis nobilibus viris Ugolino olim Nicholai Ugolini Martelli, et Piero Andreae Guglielmini de Pazzis civibus florentinis, et Fede Iohannis Antonii dicti populi S. Laurentii, et aliis etc.

Pateat omnibus evidenter presentis publici instrumenti tenorem inspecturis, collegialiter convocatis omnibus et singulis priore, et canonicis parrochialis et collegiate ecclesie Sancti Laurentii florentini in loco Capituli dicte ecclesie mandato venerabilis viri domini Benedicti Mattei Schiattensis prioris dicte ecclesie ad sonum campane, nuntiique requisitionem, pro infrascriptis, et dicte ecclesie utiliter agendis, ad quam quidem convocationem interfuerunt infrascripti, dominus Benedictus Matthei prior, et dominus Lucas Cini, dominus Iohannes Lapi, dominus Baldassar magistri Antonii, dominus Bartholomeus Andree, dominus Bernardus Iohannis, dominus Laurentius de Pisis, dominus Laurentius Silvestri, dominus Marianus Iohannes, dominus Iohannes Leonardi, dominus Dominicus de Marighis, canonici dicte parrochialis ecclesie et collegiate S. Laurentii Florentie, insimul collegialiter congregati in loco Capituli dicte ecclesie, et ubi negotia, et tractatus dicte ecclesie, et capituli fieri consueverunt pro negotiis ipsorum et dicte ecclesie et Capituli utiliter peragendis. Asserentes se esse duas partes, et ultra, prioris, et canonicorum dicte ecclesie, et posse facere, et representare totum Capitulum dicte ecclesie, et in eis residere totam vim, et potestatem totius dicti Capituli. Attendentes quod iam sint viginti tres anni vel circa prefati prior, canonici, et Capitulum, et nonnulli homines, et circumspecti viri cives florentini parrochiani dicte ecclesie S. Laurentii, in augmentum divini cultus, et pro ipsorum et suarum animarum salute ad reverentiam Beati Laurentii Martiris construere inceperunt, et edificare novam ecclesiam S. Laurentii ex latere superiori, et maiorem capellam, et cum aliis capellis, sacristia, et aliis opportunis, cum opere non modicum sumptuoso, capellam maiorem, navemque in medio ecclesie existentem ipsi priori, et canonicis reservatam, et cuilibet ex dictis civibus construendam et edificandam portionem suam in aliis capellis assignando, et inter alios olim bone memorie Iohannis Biccii de Medicis sacristiam cum duabus inibi capellis construendam, et edificandam suis sumptibus, que sacristia, et capelle per dictum olim Iohannem fuerunt perfecte, et integrate complete ac competenter dotate, ut latius constat manu mei Iacobi notarii infrascripti de anno Domini 1428 et mensis Februarii, cappellamque maiorem et navem dicte ecclesie in medio existentem fere usque ad altare maius antiquum dicte ecclesie, in qua chorus dicte ecclesie est edificandus dictis priori, et canonicis assignatam et reservatam, propter guerras que hactenus vigerunt et ad tempus vigent in partibus Tusciae, introitus redditus et proventus ipsorum et dicte ecclesie et capituli in tantum fore et esse diminutos, quod, ne dum valeant construere et perficere, sed vix ipsorum vitam sustentare posse, quod quidem non solum in ipsorum et dicti capituli et ecclesie et parochianorum ipsius, sed totius populi florentini redundat non in modicum detrimentum; desiderantes predictis obviare et predictam cappellam maiorem et navem predictam ad optatum desiderium, et in quantum eis possibile foret, ipsorum vite temporibus, dictam ecclesiam ad suam pervenire perfectionem, habitisque collucutionibus et ratiociniis, tam inter eos, quam cum pluribus et pluribus parrochianis dicte ecclesie de modo et forma quibus ipsorum desiderata voluntas adimpleri posset, et demum congregatis ad eorum petitionem tunc Operariis et parochianis dicte ecclesie S. Laurentii in suprascripta sacristia, constructa et edificata per dominum olim Iohannem et nomine ipsius, predicta omnia et singula exposita per prefatum dominum priorem per se et vice et nomine dicti Capituli, ut supra predictis consulere et deliberare deberent quid in predictis eis fore videretur faciendum ne dicta ecclesia sic noviter edificata taliter inconstructa et imperfecta remaneret, et habitis pluribus collucutionibus et tractatibus inter eos supra predictis, tandem omnibus consideratis et examinatis, asserentes ipsos fore et esse tantis variis oneribus agravatos et vexatos, maxime Communis existentibus, quod predictis constructioni et perfectioni vacare non possunt, deliberaverunt in predictis quod prefati prior et canonici providere deberent prout eis videretur melius faciendum pro

expeditione predicta. Qui prior et canonici perquirentes cum pluribus et pluribus ex parochianis dicte ecclesie, et neminem invenientes qui manus suas porrigere vellet adiutrices, unum solum et dumtaxat nobilem et circumspectum virum Cosimum olim dicte bone memorie Iohannis Biccii de Medicis, honorabilem civem et mercatorem florentinum, qui ob devotionem quam semper ipse et sui predecessores habuerunt et hodie habent ad dictam ecclesiam S. Laurentii, obtulit et offert, in tantum quantur dicta capella maior et navis in medio ecclesie existens usque ad altare maius antiquum sibi et suis filiis et successoribus consignetur cum omni edificio et construtione hucusque facta usque in dictum locum, de bonis sibi a Deo collatis construere et perficere totaliter in tempus et terminum sex annorum proxime futurorum omnibus suis sumptibus et expensis et cum armis et signis suis, dummodo in prefata capella et navi non possit vel valeat poni aliqua alia arma vel signa nec fieri aliqua sepultura, sed solum et dumtaxat per dictum Cosimum, dumtaxat exceptis quod fieri possint sepulture pro priore et canonicis et capellanis dicte ecclesie; et pro exequendis predictis se et suos eredes et bona omnia mobilia et immobilia obligare per publicum instrumentum de iure validum; supra predictis invicem incipientes iurisperitos conferre, consultare, et tractare prior cum canonicis et canonici cum priore insimul de predictis et circa predicta; et demum post multas et longas consultationes, colloquia et tractatus inter eos habitos, unanimiter et concorditer collegialiter et capitulariter, omni modo, via, iure et forma quo et quibus magis et melius potuerunt, deliberaverunt per melius et utilius ipsorum et dicte ecclesie et Capituli, et ut dicta ecclesia ipsorum vite temporibus perficiatur, quod dicta concessio dicte maioris capelle et navis in medio ecclesie consistentis usque ad altare maius antiquum eidem Cosimo et suis filiis et successoribus consignetur, modo et forma predictis, per ipsum construendam et edificandam modo et forma predicta; et tamen, ne videantur eorum et dicti capituli et ecclesie negotia inconsulte agere, deliberaverunt alia hora se ad Capitulum congregari et in eo deliberare consulere et tractare maturius, si bonum, et utile videatur predicta fieri pro Capitulo et ecclesia; de quibus rogaverunt me Iacobum predictum de predictis conficere instrumentum.

Item postea, ex intervallo, dicto anno, Inditione et die et loco, et presentibus dictis testibus adhibitis et habitis, vocatis et rogatis etc. etc., convocatis ad Capitulum in suprascripto loco omnibus et singulis priore et canonicis suprascriptis parrochialis et secularis ecclesie S. Laurentii Florentie, ad sonum campane et nuntii requisitionem, pro suprascriptis et infrascriptis negotiis utiliter pertractandis, mandato suprascripti domini Benedicti, ut moris est, ob quam convocationem interfuerunt omnes et singuli suprascripti ac etiam dominus Marianus Iohannis.

Ipsis sic capitulariter congregatis idem dominus Benedictus prior iterum et de novo, plane et intelligibiliter et clare omnia et singula supradicta per eos narrata et deliberata dixit, proposuit et narravit et iterum ipsos canonicos secundo monuit, ut super ipsis invicem capitulariter consultare, conferre et tractare deberent, et demum deliberare si et quid eis videretur pro eis et dicto capitulo et ecclesia melius et utilius faciendum, prefatique canonici, ut supra dicitur capitulariter congregati, auditis et plane intellectis omnibus et singulis supradictis, ceperunt super eis, una cum dicto priore, et ipse prior una cum eis, et omnes simul, colloqui, conferre et tractare invicem, locutiones habentes super materia prelibata, unanimiter et concorditer, ipsorum nemine discrepante, collegialiter et capitulariter, omni via, iure et forma, quo et quibus magis et melius potuerunt, deliberaverunt predicta omnia et singula per dictos dominum priorem et canonicos provisiva, exposita, dicta et narrata per ipsos priorem et canonicos utilius consulta fore pro eis et dicta ecclesia et Capitulo utilia, et demum concessionem dicte maioris capelle et navis faciendam dicto Cosimo Iohannis de Medicis, modo et forma predictis per dictum dominum priorem et canonicos, rationibus et causis alias dictis et allegatis in supradictis proximis tractatibus, fieri debere et facienda fore, et nihilominus ut sanius et consultius predicta fieri deberent, hodie alia hora deliberaverunt super predictis providere et deliberare velle quod utilius videretur super predictis faciendum, monens iterum idem Prior dictos canonicos hodie alia vice ad capitulum congregari in suprascripto loco pro presentis negotii expeditione; de quibus omnibus rogaverunt me Iacobum de predictis predictum conficere instrumentum.

Item dictis anno, ind. et die et loco et presentibus dictis testibus adhibitis et habitis vocatis et rogatis etc. etc., convocatis etiam ad Capitulum in suprascripto loco priore et canonicis pro negotiis ipsorum et dicit capituli et ecclesie utiliter pertractandis, et ipsi sic capitulariter congregati iterum et iterum ceperunt super negotia superscripta tractare et conferre, et demum, post multas colloquutiones et tractatus ad invicem habitos inter eos unanimiter et concorditer pro utilitate ipsorum et dicti Capituli et ecclesie, omni modo, via, iure et forma quo et quibus magis et melius potuerunt, deliberaverunt quod suprascripta concessio capelle maioris et navis, modo et forma predictis, fiat eidem Cosimo, pro se et suis filiis et descendentibus in perpetuum, per ipsum Cosimum infra dictum tempus et terminum sex annorum proxime futurorum construende et edificande; et volentes huiusmodi deliberationem et tractatus executioni debite demandare, sic capitulariter et collegialiter more solito congregati omni modo via iure et forma quo et quibus magis et melius potuerunt, fecerunt, constituerunt, convenerunt et ordinaverunt eorum et dicti templi et ecclesie verum et legitimum syndicum, procuratorem et commissarium, actorem, factorem et certum nuntium specialem, et quidquid melius dici potest, venerabilem virum dictum Benedictum de Schiattensis priorem dicte ecclesie ad tractatus et deliberationem factam et habitam super dicta concessione maioris capelle et navis prenuntiandum et insinuandum reverendissimo in Christo patri et domino Bartolomeo de Zabarellis, Dei et Apostolice Sedis gratia archiepiscopo florentino, et seu eius in spiritualibus et temporalibus vicario generali et petendum et obtinendum licentiam huiusmodi concessionis dicte capelle maioris et navis, cum modo et forma predictis eidem Cosimo pro se et suis filiis et successoribus existentibus in perpetuum, per ipsum Cosimum, infra dictum tempus et terminum sex annorum, construende et perficiende, cum clausulis, capitulis, promissionibus, obligationibus, renuntiationibus et precepto guarentigie et aliis cautelis in similibus requisitis, ita quod de fine valeat et subsistat, et huiusmodi licentia obtenta, dictam concessionem dicte capelle maioris et navis in omnibus et per omnia, ut supra dictum, faciendam per probationem iustam de iure validam ad sensum et voluntatem ditorum Superiorum reverendissimorum Dominorum concessam, et generaliter ad omnia et singula alia faciendum, gerendum, procurandum et exercendum, que supra predictis et circa predicta et predictorum quodlibet, fuerint necessaria et opportuna, ut iuris ordo et facti qualitas predictorum postulant et requirunt, et que ipsimet constituere [et] facere possent si personaliter adessent.

DOCUMENT 1442f

1442 August 13: Ricordo confirming the agreement, formally recorded in a notarial record of Ser Jacopo da Romena (Doc. 1442e), between the chapter of San Lorenzo and Cosimo de' Medici. [Rogiti di ser Iacopo di ser Antonio da Romena nell' ASF, Not. Prot. I, 9, cc.40 e sgg., from Donatello e la Sagrestia Vecchia, 1986, p. 103; for English translation, see Saalman, 1993, p. 159.]

Discussion: In addition to summarizing the terms of the agreement, the *ricordo* notes that the chapter had already built the walls of the high altar chapel to a height of eight *braccia*, presumably prior to 1425 (see Doc. 1425a).

A dì 13 d-agosto essendo ra[g]unato il priore co[n] canonici suoi Capitularmente in sagrestia di di sancta Concordia, entrò drento a noi il nobile huomo Cosma di giovanni de medici e adomandò gli fosse concesso poter murare la Cappella maggiore la quale haveva già condotta il Cap[ito]lo a sua spese co[n] alcuno altro lascio fuor de fondamenti b[ra]ccia] otto o circa et promesse infra anni sei perficere la Cappella detta et la cupola col coro, et a q[uest]o fare obligò se et i suoi heredi et beni et il cap[ito]lo molto humanamente gli concesse pregandolo dovessi accettare et di tutto fu rogato p[er] ro[gi]to di ser Antonio da Romena, il quale venne insieme allora in Capitolo con Cosma et menarono duo testimonj, ciò fu Piero d-Andrea de Pazzi et il fide Cozzone. No[n] molto in anzi a questo si ra[g]unò una gran parte di q[uest]o popolo, quasi tutti i capi principali et praticarono insieme alla nuova sagrestia che

